FRANC. POLÆ
IVREC. VERON.
CENTO VIRGILIANVS.
EVCHARISTIRIVS.
AD
RICOVRATOS
ACADEMICOS

Qui ſpontè illum Academiæ tranſcripſerũt.

2. *Ecl.* ECCE, quod optanti Diuùm promittere nemo 9. *Ae.*
Auderet, voluenda dies en attulit vltrò;
7. *Ae.* Attulit & nobis optatum caſus honorem: 5. *Ae.*
5. *Ae.* Adſumus, & PORTVS delati intramus amicos,
5. *Ecl.* Siue ANTRO potius ſucceſſimus omine magno: 7. *Ae.*
5. *Ecl.* Verùm (id quod multò tùte i[illegible])
3. *Ecl.* Et mihi [illegible]erò DELECTA IVVENTVS, 8. *Ae.*
5. *Ae.* Cui domus, & dulces latebroſo in pumice nidi;
5. *Ae.* Conuenerè VIRI cunctis ex more vocatis, 5. *Ae.*
9. *Ae.* Me petierè ſibi, & voluerè adiungere genti. 7. *Ae.*
5. *Ecl.* An quicquam nobis tali ſit munere maius?
2. *G.* Quinetiam haud equidem tali me dignor honore: 1. *Ae.*

Quarè

8. Ae Quarè agite, ò IVVENES, noſtri ſi tanta cupido; 7. Ae.
2. Ae. Iàm iàm nulla mora eſt; ſequor, &, quà ducitis, adsũ;
12. Ae Iàm iàm, quam petitis, iuncta eſt mihi fœdere dextra, 8. Ae.
7. Ae Et iungi hoſpitio propero, ſociusque vocari;
1. Ae Frangere nec tali puppes ſtatione recuſo
Arrepta tellure ſemel. Saluete RECEPTI 5. Ae.
5. Ae. O' SOCII, ſalue fatis mihi debita tellus, 7. Ae.
5. A. Quamquã ò; ſed ſuperẽt, quibus eſt fortuna peracta. 3. Ae.
4. Ae. Spero equidem, officio ne vos certaſſe priores 1. Ae.
Pœniteat: meriti tanti non immemor vnquam. 9. Ae.
5. Ae. Vobis lætus ego hìc grates perſoluere dignas 1. Ae.
11. Ae Et vellem, & fuerat melius: pro munere tanto 8. Ae
Exiguæ vires, nec vox, aut verba ſequuntur; 12. Ae.
2. Ae. Perſoluent grates dignas, & præmia magna 12. Ae.
7. A. Dij, moresq; dabunt veſtri certamine ſummo. 5. Ae.
9. Ae. Imo ego Vos, queis ſola ſalus ſub RVRE CAVATA; 1. Ae.
9. Ae. Obteſtor; quæcumque mihi fortuna, fidesq; eſt,
In veſtris pono gremijs; nec veſtra feretur 7. Ae.
Fama leuis, tantiq; aboleſcet gratia facti,
2. Ae. In freta dùm fluuij current, dũm montibus vmbræ;
3. Ecl. Senſibus hæc imis, res eſt non parua, reponam, 11. Ae.
9 Ae. Per caput hoc iuro, per conſcia numina veri. 2. Ae.
8. Ae. Quicquid in arte mea poſſum promittere curæ
5. Ecl. Experiar; me nulla dies tàm fortibus auſis 9. Ae.
Diſſimilem arguerit, Dij noſtra incæpta ſecundent; 7. Ae.
1. Ae Non obtuſa adeò geſtamus pectora, mentem; 1. Ae.
7. Ae Non erimus regno indecores; labor omnia vincet; 1. G.
12. Ae Tangit honos animum, laudumq; immenſa cupido. 6. Ae.
8. Ae. S[illegible] meritosq; nouamus honores.
9. Ae. Sed Vos, ò lecti, Vos [illegible] Mundi 1. G
Lumina; in antiquam virtutem, animosq; viriles 3. Ae
1. Ae. Durate, & voſmet rebus ſeruate futuris; 1. Ae
9 Ae. Ante oculos, interq; manus ſunt omnia veſtras;
6. A. Et famam extingui veterum ſic poſſe virorum 3. Ae
2. G. Crediderim, qui olim vitam excoluere per artes: 6. Ae.

Neſcio

Digitized by Google

1. *G.*	Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti		
In ep. de	SIRENIS varios cantus cantare periti,		*Academias*
Siren.	Seu quis OLYMPIACÆ miratus præmia palmæ	3. *G.*	*Philarmoni-*
5. *Ae.*	Excipiunt plauſu; mentes, ſtupefactaq; corda	5. *Ae*	*corum,*
5. *Ae.*	Conſurgunt ſtudijs, famæ venientis amore.	6. *Ae.*	*Olympi-*
9. *Ae.*	Quòd ſupereſt, poſthàc viridi proiectus in ANTRO	1. *Ecl.*	*corumq;*
4. *Ecl*	Ipſe Deùm vitam accipiam, Diuisque videbo		*intelligo*
	Permiſtos HEROAS, & ipſe videbor ab illis.		
3. *A.*	Eloquar an ſileam? procul ò, procul eſte prophani,	6. *Ae.*	
3. *Ae.*	Et fugite ò miſeri, totoq; abſiſtite LVCO.	6. *Ae.*	

VERONÆ,
APVD ANGELVM TAMVM, CIϽ IϽ C I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google